UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

429. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

De eadem re. *Ex Concilio Chalcedonenſi.*

Concil. Chalcedon. c. 11. Burchard. lib. 2. c. 143.

CCCCXXVIII. Omnes pauperes & indigentes eccleſiaſtico auxilio, cùm proficiſcuntur, cum probatione epiſtolij vel eccleſiaſticis pacificis tantummodo commendare decrevimus, & non commendatitiis litteris, propterea quòd commendatitias litteras honoratioribus tantummodo perſonis præſtari conveniat.

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*

Conc. Agath. c. 38. Lib. 6. Capitular. c. 130. & lib. 7. c. 195. Burchard. lib. 2. c. 142.

CCCCXXIX. Clerico ſine commendatitiis epiſtolis Epiſcopi ſui licentia non pateat evagandi. In monachis quoque præſentis ſententiæ forma ſervetur.

De eadem re. *Ex canonibus Apoſtolorum.*

Can. Apoſtolor. c. 34.

CCCCXXX. Nullus Epiſcoporum peregrinorum, Preſbyterorum, aut Diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis; & cùm ſcripta detulerint, diſcutiantur attentiùs, & ita ſuſcipiantur.

De eadem re. *Ex Concilio Sardicenſi.*

Concil. Sardic. c. 18.

CCCCXXXI. Januarius Epiſcopus dixit: Illud quoque ſtatuat ſanctitas veſtra, ut nulli Epiſcopo liceat alterius Epiſcopi civitatis miniſtrum eccleſiaſticum ſollicitare & in ſuis parrœchiis ordinare.

Vnde ſuprà.

Concil. Sardic. c. 19.

CCCCXXXII. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc univerſi conſtituimus, ut quicunque ex alia